AD LECTOREM TRIGONOMETRIAE studioſum.

QVi Cœli, atque ſoli, & ſinuoſos æquoris arcus
Metiri, & curuos vis numerare gradus;
Quique per expanſum tenſas cognoſcere rectas,
Menſurat radio quas GEODÆTA ſuo:
Mathematicorum inſta operi, LOGARITHMIS vtere, quos hîc
Rara Caledonij, dat Baro, gemma ſoli.
Fruſtrà erit hinc multis tabulas extendere chartis:
Fruſtrà erit & calamo crebra litura tuo.
Quæ niſi multiplici nunquam potuere priores,
Actu vno hîc facili tu numerare queas.
Ad SOPHIAM quid ferto noui, quod priſtina vincat,
Quiſquis ab ingenio nomen habere cupis.

PATRICIVS SANDÆVS.

IN

IN LOGARITHMOS D. I. NEPERI.

REgiomontanus fertur per apheræſim, atque
Proſtheſin ignotos elicuiſſe ſinus:
Atque aliquos aliquot ſinuum quæſita Logiſtas
Conſimili legimus notificaſſe modo:
Nmo tamen cunctos poterat ſic ſoluere nodos,
eAut certâ rectam lege docere viam.
Muſarum NEPERVS honos, & gloria gentis
Scotigenæ, paruo præſtat vtrumque libro.
Nomine ſic NEPAR, PARILI ſit & omine NON PAR,
Quum nou hac habeat NEPAR in arte PAREM.

ALIVD.

BVCHANANE tibi NEPERVM adſciſce ſodalem,
Floreat & noſtris *Scotia* noſtra viris:
Nam velut ad ſummum culmen perducta Poëſis
In te ſtat, nec quò progrediatur habet:
Sic etiam ad ſummum eſt culmen perducta Matheſis,
Inque hoc ſtat, nec quò progrediatur habet.

ANDREAS IVNIVS.

Philoſophiæ Profeſſor in Academia Edimburgena.